

ad effectum Manutentionis; Gratian. *discept.* 210, n. 43, & hanc opinionem continuo amplecti fuit Rota *decif.* 162, n. 11, *decif.* 403, n. 3, part. 4, *divers.* *decif.* 321, n. 30, in *impress.* post *Modern.* *Perusin.* de *manuten.*

Et quod dicitur magis attendi causam universalem, quam exercitium actus procedit in materiis Jurisdictionibus Decimalibus, vel similibus, in quibus universalitas causæ, juncto actu aliquo particulari, trahit possessionem totius; quia in illis est dare contiguitatem quandam Juris, & accessionem partium inter se, eo quod sunt coæquæ, & subjunctivæ ejusdem generis, ut egregie declarat Felin. in *d. cap. auditis* sub n. 19, col. 12, de *prescript.* & latius Ant. de Butr. in *cap. fin.* nu. 47, de *caus. poss.* & *propriet.* post Innoc. in *cap. dilectus* sub n. 3, *vers.* Nam cum de appell. *Monach.* quem refert & sequitur Bald. in l. 2, nu. 57, *vers.* Sed contra; ubi quod ea, quæ sunt ejusdem rationis & conditionis intelliguntur esse continua, ideoque apprehenso uno, fit extensio ad reliqua, C. *servit.* & *agu.* Hostien. in *d. cap. dilectus* sub nu. 1, *vers.* cum hæc Jura, Joan. Andr. *ibid.* n. 4, *vers.* sic enim. Sterr. Boic. n. 9, & 2, *seqq.* Quæ ratio cessat in prædiis, ac rebus de sui natura dividuis & actu ipso separatis. Giov. *conf.* 8, n. 129, lib. 1. Bald. *Surd.* & alii *supra* allegati, Rota *dec.* 35, n. 29, part. 5, *recentior.*

Minus quoad alia bona suffragatur Catharinæ & Petro Statutum Urbis, cap. 147, continuativum possessionis defuncti in hæredem; quia, cum loquatur de hærede suo cum taxativa tantum, *ibi*, in hæredes suos tantum, non habet locum in hæredibus matris, quibus deest fuitas * sicut in matre deest Patria potestas, quæ est fundamentum fuitatis, §. *sui autem*, & §. *seqq.* *instit.* hæred. *qual.* & *diff.* §. *feminae instit.* de *adopt.* *Surd.* de *alim.* tit. 2, q. 2, n. 51, cum aliis allegatis modernis *Brascheffen.* ad *stat. Urbis* lib. 1, cap. 147, n. 5, & *seqq.*

Atque hinc debuit utique per domum, & mobilia apponi sequestrum, cui etiam in profanis locus est, * quando neutra partium possidet, vel saltem turbida est illarum possessio, donec interim de bono jure cognoscitur. Barbof. in l. *unica* n. 7, C. *prohib. sequestr. poss.* & *fruct.* Abb. in *cap. dilectus* n. 14, eodem tit. Menoch. de *adipiscen.* rem. 6, sub n. 32, & de *retin. remed.* ult. nu. 45, *Scacc.* de *appell.* q. 17, *limit.* 6, *memb.* 2, n. 18, *Cyriac.* *cont.* 10, n. 61, *Rot.* *decif.* 435, part. 4, *divers.*

DECISIO XI.

R. D. PIROVANO.

Ferrariensis. Manutentionis.

Veneris 14. Junii 1641.

SUMMARIUM.

- 1 Manutentio possidenti non denegatur. Nudum factum possessionis respicit, n. 13. Ex sola detentatione conceditur, n. 14.
- 2 Possessio naturalis remanet penes reservantem usufructum, & civilis transit in proprietarium. Civilis trahit ad se naturalem, n. 3. Ob resistantiam statuti acquiri nequit, n. 7.
- 4 Clausulæ reservativæ jurium præservant à præjudicio. Declara ut n. 5. & n. 6.

8 Fundamentum suæ intentionis unusquisque probare tenetur.

9 Statutum alleganti onus probandi qualitates illius incumbit. De continuanda possessione non suffragatur, quando possessio est penes alium, n. 18.

10 Forensis dicitur non probans se Civem.

11 Civitas post ejus quæsitum tertio superveniens non prodest. Ex habitatione decenniali acquiritur n. 12.

15 Decretum irritans non inficit detentationem facti.

16 Fiscus solus de incapacitate forensis excipit.

17 Legati facultates sunt majores indicis ordinarii.

19 Creditor potest insistere super bonis sibi obligatis.

Censuerunt Domini standum esse in decisis in hac causa 28. Januarii præteriti; quoniam D. Joannes Nicolaus docet positiva Ducis Torquati possessione, & sui ipsius successiva, & continuata, judicialique decreto confirmata, & per Ducissam Felicem, cum publicis documentis ratificata, cui visum fuit esse inhærendum ad effectum hujus summarissimi interdicti retinendæ, & cum qua similia mandata petentibus non sunt deneganda §. *retinendæ*, *instit.* de *int. r. d.* l. *si duo*, ff. *uti possid.* cap. *licet causam de prob.* cum *alleg.* in *decisione causæ.*

Non obstant ea, quæ replicantur ad evitandam relevantiam hujus probationis, & observantiam acquisitionis possessionis.

Quoniam respectu probationis possessionis, tam juris præsumptione, quam testibus, & locationibus concludenter probatur Ducem Torquatum actu possidisse Villam Bagnoli, dum vixit, & post illius obitum eandem apprehendisse D. Joan. Nicolaum illius hæredem, quam semper retinuit, & de voluntate Ducissæ Felicis, etiam ea decedente, continuavit, ut in prima decisione fuit probatum; quæ propterea non evitantur ex eo quod dicatur Castaldariam transivisse in fundum dotalem, & ejus possessionem quæsitam fuisse Ducissæ, etiam constante matrimonio, & constitutum appositum in datione in solutum, per Comitem Bevilacquam, tam ad favorem Ducis, quam Ducissæ operari suum effectum, etiam viro defuncto, ac demum ex locationibus factis, etiam nomine uxoris probari saltem Ducissæ possessionem, jure familiaritatis, quam morte viri superveniente, potuit illa reassumere, & seu mutare, quibus omnibus in prima decisione fuit satisfactum, & eo plenius, ex decreto legati, obligatione, & ratificatione Ducissæ, fuerunt admittæ, quæ respiciebant actus possessorios per Ducem viventem factos, dum eadem Ducissa fuit restituta quoad medietatem liberè; quo verò ad aliam medietatem respectu usufructus tantum per mortem dictæ Ducissæ finiendi, & consolidandi cum proprietate ad favorem DD. Nicolai, & aliorum vocatorum in testamento D. Ducis, adeo quod per reservationem usufructus, quæ legitur in decreto & civilis remanserit penes D. Joann. Nicolaum proprietarium, non secus ac si in vim pacti propter ratificationem, & obligationem in forma Camerae Apostolicæ, & executionem fuisset conservata. *Surdus consilio* 447, numero 8. Gratian. *disceptation.* 755, numero 35. *Rot.* *decif.* 588, numero 3, part. 2, & 282, numero 3, part. 3, *recent.* Cum qua licuit eidem D. Joann. Nicolao in instanti obitus Ducissæ

3 Ducissæ attrahere & naturalem pro manutentione obtinenda sufficientem per l. *si arrogator* ubi Bart. n. 12, ff. *de adopt.* Menoch. *consil.* 139, n. 16. cum allegatis in 1. *decisione.*

Nec hujusmodi actus Ducissæ præjudiciales salvari possunt ex amplissimis clausulis reservationis, & quasi noluerit sibi præjudicare, nec etiam in possessorio. *Rot.* *decif.* 340, nu. 12, part. 5, *recent.* cum allegatis per Add. ad *dec.* 332. *coram* Papa Greg. XV.

Quia stante ejusdem decreti acceptatione per Ducissam, versamur in actu voluntario & ratificationis, & confessionis abdicatæ possessionis, per quem D. Joan. Nicolaus constitutus fuit possessor manutentionis in hoc summarissimo retinendæ, *Honded.* *consil.* 86, nu. 44, lib. 2, *Mantic.* *decif.* 332. Seraph. *decif.* 877, n. 2, & cum hac distinctione acquiescentiæ, aut non acquiescentiæ decreti judicialis transeunt, Adducti ad eandem *decif.* 332. Papæ Gregorii XV. cui eo magis est inhærendum, quando, ut in præfenti præservatio ad omnem effectum redditur incompatibilis cum alia parte decreti, in qua duæ declarantur adversativæ, ad primam partem scilicet non liberè, sed quoad usumfructum tantum & ulterius per mortem Ducissæ finiendum, & consolidandum cum proprietate ad favorem D. Joan. Nicolai, quæ contingere non possunt, remanente civili possessione, sub conditione suspensiva, propter effectum conventæ, & seu ex pacto decretæ consolidationis, quæ in personam Ducissæ operari non poterat, ut propterea præservatio de alio præjudicio sit intelligenda aliunde * proveniente, quam ex ipso actu ratificati usufructus, & consolidationis, sequendo rationes Oldradi, *consil.* 330, in *fine* passim receptas, *Paris.* *consil.* 70, nu. 12, lib. 1. Seraphin. *decif.* 756, n. 2, & 883, num. 18, *coram* bonæ memoriæ *Buratto.*

Quo verò ad obstantiam acquisitionis possessionis, similiter replicata non urgent. Non enim obstat opposita forensitas, quæ ex dispositione statuti Ferrariæ asserbatur impedire acquisitionem stabilium, & possessionem eorundem, & adeo quod nullam possessionem considerabilem potuerit D. Joan. Nicolaus acquirere. *Lader.* *consil.* 133, n. 20, & *seqq.* *Rim.* *jun.* *conf.* 352, n. 28, & 29, & idem asseruit fuisse firmatum in *Ferrariensis. spoliis* 25. Junii 1635. *coram* D. meo *Merlino*, & in eadem 16. Januarii 1637, *coram* D. meo *Panzirolo.*

Quoniam pro responsione adverterunt Domini fundamentum D. Joan. Nicolai pro validitate, & relevantia possessionis adeptæ, non desumi ex dispositione statutorum Ferrariæ, sed ex actu positivo apprehensæ possessionis Villæ, de qua agitur, ut in prima *decif.* fuit firmatum; propterea D. Pendasio hæredi Ducissæ de incapacitate excipienti vigore statuti Ferrariensis incumbit onus probandi hanc negativam, & tanquam suæ intentionis fundamentum. *Innoc.* in *cap. super his col.* 3. de *accus.* id affirmans, si ve ille sit actor, si ve reus, *Corn.* *consil.* 123, in *fine*, & 250, vol. 1. *Gabr.* de *prob.* latissime comprobans *concl.* 6, n. 1.

Præterea idem onus incumbit alleganti statutum qualificatum, prout est, de quo agitur, & probare qualitatem, dispositionem limitantem, aut declarantem, dum ex eodem statuti contextu nascitur. *Jas.* in §. *actionum* n. 128. *instit.* de *act.* *Cassad.* *decif.* 10, de *rescript.* *Cephal.* *consil.* 156, in *fine.* *Surd.* *consil.* 248, n. 19. plures enim Decisiones ad *Tract.* de *Alim.*

declarationes leguntur in eodem statuto, *ibi.* Nisi alienatio fuerit de licentia Judicis duodecim sapientum, & *ibi.* Nisi fecerit se alibrari, quorum negativa omnino ab allegante statutum est probanda, nec ex parte D. Pendasii fuit probata.

Non obstant prædicta sufficienter probari eo ipso, quod, dum quis non probat se Civem, & dicatur forensis. *Laderch.* *consil.* 74, num. 5. & clarius ex productione privilegii civilitatis ab eodem D. Jo. Nicolao, quod contigit post diem delatæ hæreditatis Ducis Torquati, cui non suffragatur & in præjudicium juris, medio tempore tertio acquisiti. *Dec.* *consil.* 661, n. 14. *Hond.* *conf.* 5, n. 22. *lib.* 1. *Laderch.* *conf.* 74, n. 26. *Surd.* *conf.* 487, n. 28.

Quia ex allegata notorietate, & privilegio non remanet probata negativa licentiæ Judicis duodecim sapientum, & alibrationis, ac quinquennialis habitationis, & nihilominus productio privilegii non tollit, & quin D. Jo. Nicolaus potuerit esse Civis alio titulo; nempe voluntate, & re ipsa. *Bart.* in l. *unic.* C. *ubi pet. tut.* & decenniali habitatione, per quam de Jure absque alibratione solet acquiri civilitas. *Glof.* in l. *hæres absens* §. *proinde de judic.* & in l. 2. & 3. C. *de incol.* lib. 10. *Bald.* in l. 2. C. *ubi Senat. vel Clariff.* *Menoch.* de *arbit.* lib. 2. *cas.* 86, n. 15, & *conf.* 329, n. 34, atque ita semper intrat defectus probationis istius forensitatis, ex parte excipientis, & quæ probatio rejicienda est ad petitorium, vel ad plenarium possessorium, ubi de justitia possessionis solet esse disputatio, & quæ in hoc summarissimo retinendæ non admittitur; sed nudum factum possessionis attenditur, l. 3. §. *ex contrario*, ff. *de acquir. poss.* *Innoc.* in *cap. bone il* 2. de *posul.* *Prælat.* *Bald.* in l. *ordinarii juris* n. 7. C. *de rei vendic.* *Covar.* *pract. quæst.* cap. 17. *Surd.* *conf.* 93, n. 12. Quod si replicetur in eodem statuto prohiberi forensi, nedum acquisitionem honorum, verum & eorum possessionem, vel quasi, patet responsio ex eodem contextu detentationem & non esse prohibitam; quæ sufficit ad hunc effectum manutentionis, per prædicta, ut plene comprobatur *Surd.* *alleg.* *conf.* 93, n. 12, *vol.* 1. & quod statuentes non intellexerint de possessione nudi facti, facile conjicitur ex combinatione alterius statuti, de continuanda possessione defuncti in hæredem, *ibi*, in quibus habuisset detentationem simplicem, de qua non est facta mentio anteriori statuto, nec ex decreto irritanti, & hujusmodi possessio facti in detentatione consistens, remanet infecta, ut in *causa Farmen.* *Prioratus coram Orano*, fuit resolutum 16. Januarii, & 16. Februarii 1598, & in *Licien. beneficiorum*, *coram* bonæ memoriæ *Card. Cavalerio* quæ est 8. *inter* *ejus* *impressas.*

Secundo fuit responsū D. Pendasium non posse de statuto prohibitorio excipere, & ex quo non emanavit in favorem privatorum, quibus non licet excipere de incapacitate acquirentis. *Glof.* in *leg. his consequenter* §. 1. in *vers.* non pertinere, ff. *famil. hercis.* *Cephal.* *consil.* 3, n. 122, & 706, num. 26. respondens in casu dicti statuti *Riminald.* *consil.* 193, numero 22, *volum.* 1. *Surdus* *consil.* 48, numero 21, & *consil.* 93, numero 13. dicens distinctionem Alciati contrarium sentientis, esse verbalem, non autem fundamentalem.

Tertio fuit dictum in omnibus fuisse satisfactum statuto: nam ratificatio, & obligatio Ducissæ, quod observantiam decreti prædicti, emanavit cum præfentia Judicis duodecim sapientum

piantum, ibi, obtenta prius licentia à Perillustri, & Excellenti. D. Doctore Signorollo Locumtenente D. Judicis sapientum hujus Civitatis Ferrariae: Sed, & plenius fuit provisum ex suprema auctoritate Legati decernentis ad favorem D. Jo. Nicolai, & volentis ea uti ibi, volens, inhærendo etiam ubi opus sit facultatibus suis, quæ facultates in Cardinali Legato + superabundant ad hunc effectum, cum sint majores cujusquamque Judicis ordinarii. Bellenc. de carit. sub. sid. quest. 12, n. 6, tom. 15, part. 2, fol. 146. Rosfell. de indulg. n. 373, tom. 14, fol. 155. Brunell. de dignat. & potest. legati, concl. 8. in princ. tom. 13, p. 2, fol. 237.

Secundò principaliter non obstat quæstus possessioni, per D. Jo. Nicolaum, statutum ejusdem Civitatis de continuanda possessione defuncti in hæredem, cujus beneficio vitur D. Pendasius contra quemcumque civiliter possidentem, ac etiam simplicem detentorem, ut in verbis statutorum videtur se declarare; quia decisio causæ removet objectum ex decreto, & acceptatione præcedenti, de consolidanda proprietate cum usufructu, post obitum Ducissæ ad favorem D. Joan. Nicolai, quæ semper impedit effectum momentaneæ possessionis, per statutum desideratæ, Passet. consil. 140, n. 6. Menoch. consil. 139, n. 19. Riminald. jun. consil. 678, n. 21. Surd. consil. 491, n. 3. Peregr. decis. Patavina 127, n. 11.

Et quæ postremò dicuntur non posse D. Joan. Nicolaum ratione dimidiæ dotis, manuteneri in possessione totius tenetæ, non repugnant obligationi hypothecariæ Ducissæ in pactis, & Instrumento dotiali emanatæ, respectu facultatis disponendi de dimidia dote, in proprios hæredes + Ducis mariti, pro qua habet omnia bona sui debitoris obligata æqualiter, & in solidum, & super eis absque distinctione potest insistere. Negul. de pign. part. 8, memb. 1. nu. 49, & 50. Grat. disceptat. 38, n. 4, & 730, n. 22, & in omnem casum hodie non est agendum super integra, vel non integra dotis restitutione, quoniam hujusmodi discussio venit rejicienda ad petitionem, in quo omnia ad æqualitatem erant reducenda, interim possessore non amoto.

Et ita, &c.

DECISIO XII

R. P. D. BICHIO.

Romana Domus.

Veneris 14. Junii 1641.

SUMMARIUM.

- 1 Devolutio emphyteusis est clara constituto de dominio Ecclesie, & sine generationis ex confessione partis.
- 2 Nominandi ad emphyteusim facultatem habens, sine testamento decedens venientes ab intestato nominasse censetur. Contra num. 3. 6. & 9. Concessio indiffinitè concepta dicitur conditionalis, n. 7.
- 4 Relativum, qui, cum verbo futuri temporis conditionem importat.
- 5 Ademptum sub una conditione sub contraria censetur concessum.
- 8 Contingentis natura se habet ad fieri, & non fieri.
- 10 Identitatem ad probandam duæ demonstrationes sufficiunt. Amplia, ut num. 11. Limita, ut nu. 12. Ad probandam in antiquis,

leviores probationes, & conjecturæ admittantur, n. 13.

Capitulum, & Canonici Collegiatae Ecclesie Sanctæ Mariæ Rotundæ locaverunt de anno 1561, quandam domunculam, nec non aliud Casaleum nuncupatum l'Hospitaletto Francisco de Bellis hominibus, ad tertium genus masculinum, & pro majori intelligentia hujus locationis, convenerunt, quòd prima generatio incipiat à filis masculis ipsius Francisci, in secunda intelligantur nepotes etiam masculi, & in defectum alterius dictæ generationis; & ultimus in dicta generatione facultatem habeat nominandi unam personam tantum masculinam, sive foeminam, post cujus personæ nominandæ mortem, locatio intelligitur finita.

Insuper infra convenerunt, quòd, si quando contigerit, dictam nominationem fieri, teneatur emphyteuta dare instrumentum nominationis in publicam formam, aliàs nominatio sit ipso jure nulla, & Casaleum cum melioramentis sit ipso facto devolutum ad Ecclesiam.

Extincta generatione Francisci, per obitum Abbatissæ Michaelis Angeli illius nepotis, cui successerunt ab intestato Franciscus, & Petus de Franchinis, contra hos Canonici prædicti obtinuerunt ab A. C. sententiam super devolutione, & respectivè reintegracione ad possessionem Casalei, causaque in gradu appellationis mihi commissa; Dubitavi, an constet de devolutione, & de qua Domo? quo dubio hodie propositio Domini dixerunt consistere de devolutione Casalei nuncupati l'Hospitaletto.

Cum enim dominium Ecclesie, & defectus generationis primi acquirentis sint in confesso + apud partes, clara visa est devolutio Calaleni ob lineam finitam juxta dispositionem textus in §. emphyteusis, Auth. de non alien. rebus Eccles. Clar. in §. emphyteusis q. 42. Corbul. de caus. privat. ob lineam finitam n. 1. & seqq. Seraph. decis. 1487, n. 1.

Nec suffragatur, quòd vigore investituræ Abbas Michael Angelus, tanquam ultimus de generatione, haberet facultatem nominandi + unam personam, & decedendo sine testamento, censeatur nominasse venientes ab intestato, censeatur nominasse venientes ab intestato l. consuetudine, ff. de jur. Codicill. Fabius anna. sing. 391, Mastrill. de magistrat. lib. 1, cap. 28, n. 53, relatus à Rovito consil. 105, n. 15, lib. 2, & in terminis emphyt. Sanchez resp. mor. lib. 4, cap. 1, dub. 33, n. 1, ante med. Burlatt. consil. 378, n. 12, & duob. seqq. lib. 4. Frecc. de subfeud. lib. 2, in materia assensus q. 43. Castill. quotid. controvers. lib. 4, cap. 13, n. 12. Gratian. decis. March. 135, n. 12, vers. in nominationem.

Nam quicquid sit in rebus liberè acquisitis, ac de quibus potest absolutè disponi, sanè in emphyteusi limitativè + concessa ad certam generationem, & in qua jus nominandi sub conditione expressa, vel tacita nominationis faciendæ concipitur, verior, ac magis recepta est opinio contraria, quòd scilicet venientes ab intestato non censeantur nominati, vel ad illos jus nominandi transierit quia conditio voluntaria adimpleri debet in forma specifica, per actum voluntatis dispositivæ; voluntas autem defuncti erga venientes ab intestato permissiva, & interpretativa est, ut in specie Caldas de jur. emphyt. lib. 2, quest. 7, n. 28, & seqq. ubi sic respondet ad allegaciones contrarias post Gomez. var. resol. tom. 2, c. 11, n. 7, infra med. Molin. de just. & jur. disput. 446, n. 3. Laderch. consil. 73, sub n. 9, vers. Sic etiam Pe-regrin.

regrin. consil. 53, sub n. 7, lib. 2. Decian. consil. 83, n. 4, lib. 2, articulo mature discussio fuit decisum in Rom. domus 23, Junii 1636, coram R. P. D. Verospio ubi allegantur concordantes.

Et hic est casus noster ponderando tum gerundium nominandæ, ibi, post cujus personæ nominandæ mortem, &c. quòd cum resolvatur in relativum qui, + & verbum futuri temporis, nempe personæ, quam emphyteuta nominabit, conditionem importat l. stichum qui meus erit, ff. leg. 1. Surd. consil. 107, n. 7, & consil. 308, n. 50. Greg. XV. decis. 187, n. 7, & 8. Alex. in proximis terminis consil. 232, nu. 4, lib. 6, & in puncto Rotæ in dict. Roman. Domus §. considerate.

Tum subsequente in conventionem, quòd non exhibito Instrumento nominationis, Casaleum sit ipso facto devolutum, ex qua deducitur tacita conditio inhærens ipsi concessioni pro persona nominanda, dummodo videlicet nominatio fiat per publicum instrumentum, quia ademptum + sub una conditione censetur sub contraria concessum. l. aliquando ff. de condit. & demonstrat. Bart. in l. Patersam. lib. 4, ff. hæred. instit. Ruin. consil. 150, n. 7, lib. 2. Paris. consil. 8, n. 16, vers. ad 2, lib. 3. Menoch. consil. 78, n. 10. Giovagn. consil. 93, n. 16, lib. 1. Et ex quo partes convenerunt, quòd de nominatione + conficeretur instrumentum, alioquin nominatio sit nulla, apparet voluisse, quòd fieret vera, ac dispositiva nominatio, quam ultrò necessariam reddidit specialis conventio, in casu non exhibitio nominationis. Corn. consil. 165, nu. 19, & duobus seqq. lib. 2. Gratian. discept. 50, sub n. 23. & discept. 221, n. 8, & 9, Rot. in Romana Scriptoria 5. Junii 1606, coram bon. mem. Card. Lugdunen. impress. apud Gratian. dicta discept. 221, n. 11, & seqq. & decis. 152, n. 1. post Pacif. de salv.

Id quòd confirmatur ex clausula si contigerit, ibi, si contigerit nominationem fieri, &c. quæ tanquam indefinitè concepta + referenda est ad omnem nominationem in investituram concessam, demonstratque hujusmodi concessionem esse conditionalem juxta theoreticâ glossæ in l. qui promisit, ff. cond. indeb. Oldrad. consil. 242, sub n. 7. Bald. consil. 750, n. 7, lib. 5, & contrahentes sensisse de nominatione non certo exitura, sed contingenti, + & sic cogitasse, posse dari casum in quo nominatio non fieret; quia hoc est de natura contingentis l. si finita §. si vero ubi gloss. verbo contingit ff. de damn. infect. qui casus dari non posset si sufficeret interpretativa nominatio erga venientes ab intestato, quia illi dicerent se nominatos + à defuncto, & lex præsumit, quem regulariter decedere cum aliquo hærede ab intestato, ut bene in proposito ratiocinat. Peregr. consil. 53, sub n. 7, vers. ac ideo lib. 2. Gabr. consil. 91, n. 13, & seqq. lib. 1. Silvan. consil. 14, sub n. 4, vers. sexto si aliter. Mant. de conject. lib. 7, tit. 7, sub n. 14, vers. sed si fideicommissum. Ut igitur verificetur contingencia nominationis à contrahentibus contemplata, non est habenda ratio intestatæ successione.

Domum verò devolutam, esse Casaleum nuncupatum l'Hospitaletto hodie locatum Rapacciolis constat ex convenientia plurium consensuum descriptorum in Instrumento investituræ; est enim annexum domunculæ, & stallecæ cum discoperto incorporatæ domui magnæ illorum de de Bellis hominibus, confinat cum via publica tendente à platea Rotundæ, ad Ecclesiam Sancti Ludovici, & retro cum domo illorum de Juvenicis, cum tamen ad probandam identitatem + duæ

Decisiones ad Tract. de Alim.

demonstrationes sufficerent. Bart. in l. demonstratio n. 14, ff. de condit. & demonstrat. Alex. consil. 73, n. 6, lib. 3. Socc. consil. 89, n. 1, lib. 1. Cavaler. decis. 311, n. 14, etiam si alterum confine + domus de Ruinis non conveniret. Decian. respons. 17, n. 9, lib. 3. Ruin. consil. 50, n. 22, lib. 1. Marefcot. variar. resol. lib. 1, cap. 12, n. 23. Rota decis. 98, n. 10, part. 6. recent. & in Arimin. fideicommissi 14. Martii 1640, coram R. P. D. meo Cerro.

Nec obstat quòd eadem consinia conveniant etiam stabulo locato D. Marchioni Justiniano, + ideoque identitatem non probent, ut limitando conclusionem supra firmatam tradit idem Bart. in d. l. demonstratio, n. 15, in fin. Bald. in l. hac consultiissima n. 5, in fin. C. qui testam. fac. possunt. Rot. decis. 295, n. 9, part. 1. recent. decis. 455, n. 10, coram san. mem. Gregor. XV.

Quia imò discordant, cum dictum stabulum non sit annexum domunculæ, & stallecæ cum discoperto incorporatæ præfatæ domui magnæ quòd est confine, ac demonstratio maximè identificans, pariterque multum discrepat mensura, quæ magis convenit domui locatæ Rapacciolis; ut latius per informantes, & cum verserem in materia antiqua + excedente 78, annos leviores probationes identitati probandæ sunt satis, Rot. decis. 749, nu. 3, part. 4, divers. decis. 42, n. 5, dec. 359, n. 46, part. 5, recent. decis. 164, n. 37, & 38, part. 6.

DECISIO XIII.

R. P. D. PEUTINGERO.

In causa Tiburtina Castri S. Angeli.

Mercurii die 26. Junii 1641.

SUMMARIUM.

- 1 Instrumenti pro substantia quæ requirantur, si de solemnitate agitur, seu substantia tempus litis inspiciatur, si de recognitione, secus quoad antiquitatem, n. 3.
- 2 Instrumentum sine recognitione, parte non opponente, probat. Antiquum ut dicatur quando tempus litis subducatur, n. 4. Quando ex antiquitate non egeat recognitione, n. 9.
- 5 Actor ad iudicium debet accedere paratus. Declara ut n. 6.
- 7 Litis diversitas removet fraudem. Diversitas tunc dicitur, quando exceptio rei judicatæ in una, parit exceptionem in alia, n. 8.
- 10 Nobilitas producentis tribuit fidem instrumenti.
- 11 Notarii duo in solidum rogati de instrumento, illius fidem augent.
- 12 Notariatus, ex quibus probatur, & n. 14.
- 13 Assertio partium robur dat instrumento.
- 15 Falsitate pro fabricanda non est verisimile plures alias committi.
- 16 Observantia multum tribuit fidei scripturæ.
- 17 Recognitio scripturæ in antiquis non requiritur. Et de ratione, n. 22.
- 18 Immemorabilis non admittitur, nisi actus appareant gesti ante litem.
- 19 Fama non probatur antiqua, nisi sit completa ante motam litem.
- 20 Scripturæ antiquitas suffragatur constito de observantia.
- 21 Contradictio super instrumento ante illius productionem cadere nequit.
- 23 Tituli productio non requiritur in possessorio.

b 3

Moto